

## Werk

**Titel:** Speculum Jesuiticum, hoc est, Demonstratio Esauitic[a]e profanitatis, Pelagianae  
**Untertitel:** 1. Ethnicos fuisse naturaliter Christianos. 2. Fundum articulorum fidei esse rationis non renatae notiones. 3. Causam reprobationis impiorum esse Solam Dei voluntatem: Deum esse misanthr' opon, peccati autorem  
**Autor:** Zephyrius, Ernestus  
**Verlag:** Schurerus; Gorman  
**Ort:** Witebergae; Witebergae  
**Jahr:** 1607  
**Kollektion:** VD17-nova  
**Gattung:** Ordensliteratur; Jesuiten  
**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
**Werk Id:** PPN668481412  
**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN668481412>  
**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=668481412>

**LOG Id:** LOG\_0007  
**LOG Titel:** Sectio I. Naturalis Christiani, ex qua apparebit, eundem effe Ethnicum, non renatum, Iudæum, Turcam, Suitam.  
**LOG Typ:** chapter

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

*suis, loco prædestinationis, creationis, inser-  
tis, Deum μονάρχαν, absoluto odio  
multos reijcentem, & deniq; pec-  
cati autorem.*

---

## Exercitatio I.

*Detegens naturalem Chri-  
stianismum, Jesuiticum  
Antichristiani-  
smum.*

Sectio I. Naturalis Christiani,  
ex qua apparebit, eundem esse  
Ethnicum, non renatum,  
Iudæum, Turcam,  
Suitam.

Basilius &  
Ambrosius  
scribunt. vi.  
peram esse a-  
nimal mali-  
tiosum, & a-  
futum, ideo  
Murenam

*A*ntichristianus, Antichristi Roma-  
ni Antesignanus, Bellarminus, præ-  
sibilo evoca-  
ter modum liberalis est fidei, pietatis, re ad coitum.  
Cs Chri-

Progenies  
 Viperarum,  
 Pharisei  
 Matth. 3. &  
 Esavite sic  
 Ethnicios e-  
 vocant ad  
 mixturam  
 Ethniciosuiti-  
 eam.

Christiani hominis & nominis. Sic enim  
 lib. 1. de Christo cap. 3. scribit.

Ethnici philosophi re ipsa unum  
 Deum cognoverunt, & ea ex parte  
 quasi naturaliter Christiani fuerunt.

Verba hæc profana, & Pelagiana,  
 ubi primum percurri, omnino cohorrui,  
 putans casu forte tanta impietatis fæces,  
 & Synergismi oīyuequa, ad pennam,  
 præter spem, & voluntatem humanam,  
 (Satanicam nolim excipere) profluxisse.  
 Verum ubi accuratius intimas venulas  
 & medullas Ethniciosuitæ inspexi, anim-  
 adverii, latere hic insigne impietatis  
 ulcus, præsanie & squalore intolerabile,  
 ideoq; fortius comprimentum atq; ala-  
 crius tangendum.

Ethnicios illos Philosophos, de quibus  
 naturalem Christianismum prædicat,  
 idem Bellar. Tom. 4. p. 297. C. ita descri-  
 bit: ex errore Stoicorum natus est error  
 Manichæi & Priscillani: ex errore Pla-  
 tonis error Origenis, ex errore Aristote-  
 lis, vel certe ex sententia Aristotelis non  
 bene percepta, error Apollinaris, ut jure  
 Ter-

Tertullianus in libro adversus Hermogenem Philosophos Patriarchas hæreticorum nominandos censuerit.

Idem lib. 2. de Imag. Sanct. cap. 13. p. 986. describit luculentius subjectum illud prædicationis Pelaziana, quales Ethnici hic velit acceptos, qualemque unitatem Dei illis hominibus, non renatis, notam, intellectam; verba ejus hæc sunt: Cyprianus, Lactantius, Clemens Alexandrinus rident Ethnicos quod ligna & lapides pro Deo colant. Et quid est quid ait Horatius lib. 1. Serm. Satyr. 8.

Olim Truncus eram fculnus inutile lignum. Cum faber incertus ficeret scammum anne Priapum:

Maluit esse Deum.

Nec solum Poëtae, sed etiam viri sapientissimi hoc senserunt (sc. ligna esse Deos cum lapidibus.) Nam Hermes, Trismegistus apud Augustinum lib. 8. de civ. Dei, cap. 23. dicit, alios Deos factos à summo Deo, alios autē ab hominibus:

Deos

Deos autem ab hominibus factos dicit esse statuas, quibus arte quadam Magica, alligantur Dæmones ita ut statua sit quasi corpus Dei, Spiritus autem inclusus sit anima, & totum Idolum sit Deus, quomodo corpus & anima sit homo. Et Arnobius lib. 1. venerabar, indentis. Deos quit, nuper simulachra, modo ex fornibus prompta, in incubibus Deos, & ex malleis fabricatos: Deos esse credebam, ligna, lapides, ossa, aut in hujusmodi rerum habitare materia.

En habes, Christiane vere, Mercurium ipsum Bellarminum, interpretem propriæ absurditatis: qualem quoero unitatis cognitione putas ab eo poni fundamentum Christianismi. Attende ipsi cap. 10. lib. 3. de verbo Dei sic impie docenti: Responderi potest, Prophetam Ie-

NB. Bellarm. ait, remiam cap. 31. ita ex ore Iehovæ concionnon esse My- nantem (dabo legem meam in cordibus sterium, De- eorum, & non dacebit ultra vir proxini trinum mun suum, dicens, cognosce dominum, esse unum. omnes enim scient me à minimo eorum usq; ad maximum eorum) non loqui de

de absconditis Mysterijs Scripturarū, sed de cognitione unius Dei: Et paulo post: prædixit Ieremias futurum tempore novi testamenti, ut omnes homines cognoscant unum Deum, quod impletum est: Nam & gentiles conversi ad fidem & ipsi etiam Iudæi & Turcæ licet impij sunt, tamen unum Deum colunt.

Emblemata, ex inter prete & Mercurio, hoc loco excerpti possunt istæc:

1. Unitatem, cum indivisa unitate intimè & indivulsè cohærentem, non esse Mysterium, Ideoq; Ethnicos, alias Mysteriorum non capaces, illam cum Christianis cognovisse, & huic naturales Christianos, id est, Ethnicoſuitas esse.

2. Notitiam talem Ethnicis, Iudeis, Turcis tribuit, qualem ex Ieremia Christus interpretatur Ioan. 6. v. 45, & ex luce regenerationis Spiritualis vere credentibus infundi ait: Verba Christi melioris, præ Ethnicoſuita Bellarmino; interpretis, ita habent. Nemo potest venire

nire ad me, nisi pater traxerit eum : est scriptum in Prophetis : erunt omnes docti à Deo, omnis ergo qui audivit à Patre & didicerit, venit ad me.

Subolet igitur tibi Christiane vere, qualem naturalem EthnicoChristianum Bellarminus velit.

3. Iudeos & Turcas impios facit tales Christianos, Ψυχικούς, Φυσικούς Ethnocosuitas.

Vide Christiane, Christianum Theologum Hunnium, Exam. Bellarmini, Suitæ ineptias Ethnicas damnantem.

p. 500.

Sed Hunnium, piæ memoriae, non audiens forte Suitæ, quia Gretzerus in honor. Polyc. eum Dæmonum mancipiū, falsò, proclamat: audiat igitur rursum Bellarminum, unitatis Ethnocosuiticæ cognitionem ita depingentem.

p. 986.  
NB.

Bellar. unitatem, collegiū plurium Deorū simul & scilicet admittentem, ponit fundamento Christianis.

Sic ille contra Calvinum scribit Tom.

4. Ait Calvinus, uni Deo multa simulachra ponebant. Respondeo, Ethnicos habuisse alios Deos in cœlo, alios in terra, nec putasse absurdum, si unus Deus cœlestis, ut Iupiter vel Apol-

lo

lo, haberet in terra multos collegas minores, i.e. multa Idola ejusdem nominis.

Hæc, Hæc, est illa Helena, pro qua certant Esavites: unitas talis, quæ examen Deorum, malorum Spirituum collegium, majorum & minorum, involvatur: Hæc est origo Ethnicosuitici Christiani.

Desine igitur mecum mirari, ô Lutherane, & vere Christiane, incipe potius rimari Bellarminianæ, licet posthumæ, Φεστιολογίæ Pelagiane, interpres tem, Andradium, insignem fæcum Pelagianarum suem. Sic mentem Bellarmeni intimam, ex ipso concilio Tridentino, Bellarmini corde, haustam, explicat hic apertior Suita: Nullum dubium est, fidem necessariâ esse ad Iustitiam & vitam eternam. Iustus enim ex fide vivit. Illa vero fides, & vera Dei cognitio ad justitiam & salutem æternâ, non ex sacris tantum literis, divinisq; oraculis, sed ex rebus etiam ijs, quæ sensibus subjiciuntur, haberi potest.

Et

*Andradij naturalis Christianus idem cum Bellarmino: O monstrum.*

*Et mox: Philosophi, qui ab inani Deorum multitudine abhorruerūt, unum vero Deum mente complexi sunt, illos tu (quisquis sis) illa fide Deique cognitione destitutos dices, per quam impius justificatur, & ex qua justus vivit.*

*Item in ipsa divina providentia, qua gubernantur res creatæ, implicitè & absconditè continetur humani generis per Christum redemptio.*

*Philosophi igitur, qui generalem illam Dei providentiam perspectam habebant simul intelligebant, nihil Deum prætermissurum, ut homines perpetua felicitate fruerentur. Atque ita non prorsus ignorasse Christum Iesum dicendi sunt. Similis Andradio fuit Monachus Franciscanus, qui Tridenti Anno 1552. publicè docuit, Ethnicos honestasua vitâ salutem consecutos. Osian. cent. 16. par. 2. p. 589.*

*Mercurium Bellarmini Andradum & sic implicitè ipsum Robertum, honorario tali excipit Chemnitius: Hæc verē*

verè non sunt humana, sed Diabolica  
Iudibria fidei justificantis, & verbi, di-  
vinitus revelati.

Eodem honorario dignus est Gry-  
zerus, alius valde liberalis in Honor:  
mittendis, qui ejusdem est cùm Bellar-  
mino & Andradio sententia, impieta-  
tis, ut postea in refutatione Demonstr.  
dogm. Eccl. Cath. patebit. Iuvat sal-  
tem Harmoniam Ethnico-suiticam at-  
tingere.

I. Subjectum propos. Bellarm. sic cir-  
cumscribit; quales nimirum Ethnico  
Philosophos intelligat: Paneg. Misen. Gretzerus est  
p. 24. Origenis verbis eos Idololatras cum Ethnici  
proclamat. Non solum de corporeis simu- i. naturalib⁹  
lachris faciunt sibi homines Deos, sed Christianis Ie  
& de corde configunt. Qui enim pos- dololatra pro-  
sunt simula realium creatorem extra u- pria confessio-  
niversitatis DEum, alium Spiritum ne, quia impo-  
sanctum, alium Christum, iij omnes tientem colit  
fecerunt sibi Deos, & adoraverunt  
opera manuum suarum: Omnes Phi- sp. sanctum.  
losophi qui varia dogmata prodide- vi Bellar.  
runt, omnes hæretici, qui autores ad  
& Gretz.

50 *SPECVLVM*

aliter credendum, de Deo, mortalibus extiterunt, fecerunt sibi Idola, & animi voluptatem putaverunt Deum, & universi odoraverunt opus manuum suarum, putantes vera esse quae fixerat. Omnes igitur, tam de visibili materia, quam de falsis dogmatibus singentes

*Jerem. 16.* sibi Deos, corripit divinus sermo: si faciet sibi homo Deos & isti non sunt Dij.

En Christiane, hic Origeni, Gryzero, Omnes Ethnici Philosophi, nemine excepto, fuerunt turpissimi Idololatriæ, Impij, & Deoi, & tamen Bellarmino sunt naturales Christiani, i. e. Ethnico-suitæ, immo ipsi etiam Iacobo ḡoūovl, uti plenus & planius postea patebit.

*Verum diligentius rimemur My-*  
*sterium Pelagianismi & iniquitatis E-*  
*cap. 42.* *saavitiae: Gryzerus in lib. de sancta cru-*  
*pag. 114.* *ce scribit, Platonem crucifixionē Christi*  
*Plato, An-*  
*dadio &*  
*Gryzero,*  
*Christū eum-*  
*que crucifixū*  
*agnovit, &*  
*sic naturalis*  
*suit Christis-*  
*miss.*

*cognovisse his verbis ex Clemente Ale-*  
*xandrino sumptis:*

*Quid verò, an non similiter scriptu-*  
*re, que dicit, Tollemus iustum à nobis,*  
*quoniam inutilis est, Plato propemo-*  
*dum*

dum prædicens Propheticè salutarem dispositionem. Sicenim dicit 3. de repub. Iustus autem, qui sic est affectus, flagris cædetur, torquebitur, vincietur, ei oculi effodientur, & postremo omnia mala per seclusus àrægudiālōgōtay, in crucem tolletur,

Similiter Gryzerus cap. 44. ex Iustino narrat, à Platone proditum esse, Deum, filium suum naturalem, instar literæ X, in mundo posuisse.

Esaïa nuper die 14. Novembr. Anni 1606; promotore Gryzero, renunciatus Doctor crudus, p. 5. Inauguratalem ponit Christianismū, qui in Philosophia sit possibilis: verba ejus hæc sunt: Si in Philosophia non est vera hæc enunciatio, verbum caro factum est, etiā ista, Deus est unus & trinus: quin & totus Christianismus, erit in Philosophia impossibilis & absurdus.

Hic, hic est Andradianus, Bellarminiang Gryzeriang, Christianang, Platonicang, in Ideis ejusdē effectus, Philosophiae per omnia consentaneus, philos. regulis,

D 2 tan-

tanquam mensuræ, aptus, sed tamen egregiè & Pelagianè depictus, qui Scaligero subtilissimo Philosopho sorbet, alias Philosophorum subtili & acuto patrino. Audiāt igitur hunc Suitæ, putantes se solos cum illo subtilitatem Magistro subtilem, cum interim stuporem suillum ipsum, ipse acutè pungat.

Exerc. 61.  
Ses. 3.

Verba eleganter ita sonant. Plato è Chaldeorum Aegyptiorumq; libris, non solum fabulas, sed etiam fulmina veritatis contemplatus, eorum afflatus, non sensit humanae mentis aciem hebetari: Que verba cum legisset, posuit, quid illa penitissimis recessibus occultarentur, non vidit. Neque sanè nos acutius vidisemus, nisi se ipsam veritas de cœlo de misse nobis ostendisset. Hec igitur verba in Timæo: ο θεος οντοτητευει απεκατιστασι την αιγαληνην και τη λεωφορον θεον εγγύα.

Divina sanè verba, sed quæ plus sapient, quam qui ea recitabat. Hac cum legisset (Plato) apud veteres Prophetas aut Sybillas, de Domino IE SV vati-

vaticinantes, neque filium ipsum agnosceret, alium subditum nobis ostentavit. Hæc prima & Platonis umbras.

Christus subditus est Christianismi Gryzteriani fundamen-tum.

Iudicet nunc orbis Christianus, quem Sunt & ponant Christianum naturalem, videlicet non naturalem, Antichristianum, Ethnicum, umbratilem, ex umbra Christi Platonica ortum, Ethnicosuitam, monstrum, conflatum ex Ethnico caput, pedes ex sue.

Perge Gryzere, imple mensuram iniquitatis. Hic Ethnicosuita Paneg. Misn. pa. 71. carpit hæc B. Lutheri verba: Si scripturas intelligere velimus, omnium hominum scripta seponamus, judicium suum sibi quisq; formet (scilicet ex verbo) non modo supra omnium gentium sed & sanctorū Patrum scripta.

39

Contradicens Luthero Gryzerus, Ethnicorum somnia, fundamenta fidei, & sic Christianismi ponit. Proclamae ille B. Lutherum Idololatram, ob eam unicam causam, quod scripturas amet,

D 3 legat,

legat, intelligat, ijs controversias dijundet. Sic enim scribit Paneg. Mis. p. 23. Hæretici Idola exstruere & erigere contendunt, nec cōmodiq id efficere possunt, quam ex materia scripture. Nam si ex lapidibus aut lignis Idola fabricarent, nemo hoc tempore tam obesæ naris foret, cui frax nō suboleret. Ex subtiliore igitur & abstrusiore materia, ex sacris nimirum literis Idola sibi edolant.

Hic ut simul & semel videoas, ô Christiane germane, Gretzerum eodem modo cum Bellarmino facere Christianum naturalem Ethnicum sensu Andradiano & Pelagiano, age ruminemur ea, quæ hic contra virum literarum S. amantē, disputat. Concludit, licet arenosa sequela, Lutheranos esse Idololatras, quia dogmata fidei omnia ex scripturis deducant.

Ergo sequetur, beneficio contrapositionis logicæ: Qui non audit verbum, non meditatur, non amat, sed damnat, nō erit Idololatra. Benè Gryzere, perge: Non legens, sed negligens verbum, damnans, reijciens, non est Idololatra?

Ergo

Ergo non erit Lutheranus, quia illum proclamas Idololatram, eam tantum ob causam, quod semper crepet, non carpas, scripturam.

Aut igitur erit ille non Idololatra in catu Ecclesiae Suitice, aut Ethnica. Si in Suitica Pontificia, Ergo ibi quā plurimi erunt Pontificij, Christiani, vide licet, naturales, non legentes verbum, non amantes scripturā, sed damnantes, pro atramento sutorio, pro fabula, pro cereo figmento habentes.

Id quod Pontificijs Ethnico suitis utraq; concedimus manu. Sed quid fiet de Ethnicorum grege, scripturam vel non legente, non vidente? vel de Philosopho Platone, fulmina veritatis contemplāte? Si dicas Gretzere non esse Idolatras quia non sunt Lutherani, qui soli gaudieant hoc titulo; Ergo erunt Christiani, cum Pontificijs naturales, præsertim, Plato & alij, qui in superficie literarum sacrarum hæserunt, easq; vel obiter inspexerunt.

Hic, hic est Christianus illenaturalis Ethnicus, Antichristianus, Sutorius,

¶ De Bellarminus. Sed hic iterum  
Suem Gryzerianam excipiunt retia ve-  
ritatis, & trice contradictionis. Antea  
cum Origene omnes Philosophos di-  
xit Idololatras, hic jam Platonem Phi-  
losophum eximit, propter superficiariam  
Bibliorum inspectionem, vel potius pro-  
pter scripturæ ignorantiam, neglectum,  
contemptum: Antea grunniit, Luthe-  
ranos esse Idololatras propter exactio-  
rem, diligentiorem S. S. scripture me-  
ditationem: Hic ait, Platonem propter  
superficialem & umbratilem, remotissi-  
mam, confusam, notitiam, non esse Ido-  
lolatram. Sane si liceat pace importuni  
Gryzeri, logicè argumentari, dicendum  
erit, Lutherum propter intimam scri-  
pturæ & fundamentalem cognitionem  
non esse Idololatram. Salvaigitur Suita  
mendax, hanc contradictionem, men-  
dacijs matricem & nutricem.

Lutherus est Idololatra.

Lutherus non est Idololatra.

Ex his omnibus patet, quomodo Pe-  
dagius, Iesuitarum Antesignanus, imo

AUDE

avus, Andradius, Bellarminus, Grettius, insurgant adversus Christum Dominum, contra veros item ac germanos Christianos, quam parvi nomen, à Christi nomine, tanquam vera & unica radice, derivatum, faciant. Iacobum, Psal. 2. hic audi, Iacobe Gryzere, cap. 2. v. 6. 7. ita de nomine Christianorum sacro disserentem. Nonne divites Tyrannidem exercent in vos, & trahunt vos ad tribunalia: αὐτοὶ Βλασφημῶσι τὸ καλονόμοια, τὸ ἐπευληθὲν εἰρ̄ υμᾶς, Blasphemant pretiosum nomen quod super vos invocatum est: Audi Christum, Apoc. 2. vers. 17: dabo victori novum nomen, quod nemo novit, nisi qui accipit.

Verum enim vero, Iesuitis incepit sordere nomen Christiani, qui jam ad subsellia Ethnicorum pertrahunt Christianos, & hos communis nomine & omni no donatos volunt, propter aliquam umbratilem, Idololatricam unitatis, vagi cuiusdam numinis, noticiam: Nec sane mirum est, hoc liberalitatis Suti- cæspecimen, quo Christianismum parvi D s faci-

Iesuitarum  
vox Iudaica.  
est: deleatur  
nomen veri  
Christiani.

Quod si vero

dixerint Es-  
sianum &  
Iesuitam sic  
vita & qui-  
pollere bao  
duo esse Chri-  
stianum &  
omnes Ethnici  
ci noscentes  
unum Deum,  
judæi, Turce,  
diaboli erunt  
Bellarmine  
Iesuite &  
quidē natura.

faciunt, & Margaritas Christianismi,  
Suibus, Ethnicis obiciunt, praesertim,  
cum & ipsi Sunt & sint, & ipsum Christi  
nomen parum current. Iesuitæ enim spre-  
to antiquo Christiani nomine, & ad  
Sues Ethnicos, Iudeos, Turcas, Diabo-  
los, remisso, à nomine Iesu voluerunt  
appellari.

Iesuitæ exu-  
nem  
Christi & il-  
lud ad gentes  
recessunt.

Serpentinæ sunt exuviae Esavitarū,  
Ambrosij verbis eleganter depictæ: ve-  
nenatae (ait) sunt blanditiae perfidorum,  
tum cavenda, cum id, quod negant,  
prædicare se simulant.

Sunt enim serpentes Evangelici,  
qui exuent veterem usum, ut induant  
novos mores.

Hieronymus  
Phariseorum  
nomen d.  
**פָרִזָּה**  
dedu-  
cit, quod si-  
gnificat divi-  
dere, qui se-  
se peculiari  
habitu et vi-  
stu & reliquis  
Iudeis sepa-  
rabant. Sic  
bodie post-  
sumi Phari-  
sei Iesuite.

Revera enim Iesuitæ, cum novo no-  
mine, novum modum & morem Impie-  
tatis assumperunt: Iudei, quando Chri-  
stianum, quem Ethnicum alias vocant,  
nominare volunt, addunt ו hoc est de-  
leatur nomen ejus. Simili ratione Esa-  
vitæ nomen Christiani primitivum ve-  
rum & germanum, immo radicale, dele-  
vunt, & in locum ejus aliud substitue-  
runt.

RUBET

runt, cum æterna blasphemie nota וְ, deleatur nomen Christi ex solo redemp-  
tionis officio, opera fictitia nomen illud  
sibi vendicent. Delere debebant illi Ie-  
suae spurijs, ex catalogo Christianorū,  
Ethnicos: verum metuunt, ne una וְ  
eadem literæ etiam suū delerent nomen,  
qt; tamen revera delent, ut jam, non ger-  
mani Christiani, sed Ethnico suitæ vo-  
candi sint. Iudei item excacati, ut ait  
Theologus in comp:, quia honorem Sal-  
vatoris Christo detrahunt, literam ra-  
dicalem, וְ, ex nomine ipsius extriverūt,  
ne à salvandi officio apud ipso nomen  
habeat: Scribunt enim וְ, Et obser-  
vanda est virulenta ipsorum blasphem-  
ia, quam sub hac inscriptione occul-  
tant.

Habent enim peculiares suas abre-  
viaturas, quibus capita, sive initiales  
tantum literas, dictionum scribunt: Ita  
quando dicere volūт וְ שׁוֹבֵן deleatur  
nomen ejus, scribunt tantum וְ. Ne

VERO

vero deprehendatur, quod salvatorem nostrum ita appellant, ideo addunt finalē & scribunt.  $\text{W}$

Atali igitur voce Iesuitæ todieri-  
ni appellari voluerunt, ut sic cum Iude-  
is, blasphemie, impietatis & nominis,  
commerciū haberent, imo etiam cum  
Turcīs, hominibus. Bellarm. teste, pro-  
fanè impījs.

Qui enim somniat unum esse Deum,  
& quidem in collegio Deorum mino-  
rum, Bellarmino est naturalis Christia-  
nus.

Subsumo ego, Bellarmine: Omnes Ethnici statuunt taliter Deum unum, Iudai vero collegium illud negant, & sic quasi majorem unitatem defensant; Mahometistæ similiter, tale unum Arithmeticum proclaimant.

Ergone, ô Ethnico-suita, tibi admit-  
tentur in communionem tam sancti no-  
minis, quod nobis Christianis CHRISTI  
Servatoris sanguine comparatum est,  
tanto pretio, ad quod universus mundus  
collatus, nihil est.

O Ie-

O Iesuitæ, Bellarm. Gretzere, hic  
verè estis Esavite. Esavus moxos & Bé-  
Bnλο (Heb. 12. v. 16) scortator & pro-  
fanus vendebat juscule suam primoge-  
nituram, precioso jure nævivitoxias escu-  
lentis posthabito. Esavite Romanenses,  
dummodo prebendas opimas, juscule fo-  
ri ac coqui Romani, ebrietatem & cra-  
palā Meretricis Babilonie, obtineant, &  
ab Ethniciis Idololatris laudis & amicitiae  
jusculum impetrant, concedunt illis pri-  
mogenituram, hoc est, Christianum no-  
men, qui primogeniti Christiani primū  
Antiochiae fuerunt nominati.

Definitio 16:  
suta cum  
Ethnico seor-  
tanis.

De Iacobo notum est, quomodo E-  
savi vestitu indutus, præripuerit fratri  
benedictionem ex justo DEI iudicio,  
profanam scortatoris impietatem puni-  
entis: Ethnici, quos Esavite in suorum  
fratrum ordinem receperunt, indui-  
pelle Esavitica, vulpina, id. m. fortè  
fælici eventu tentabunt, & benedictio-  
nem illis indignis & profanis Suibus, Ie-  
suis, Margaritam illam preciosam præ-  
ripient, si videlicet d. u. na clementia.

con-

conversi, ad gremiu Ecclesiæ verè Christianæ sese recipiant, & somnium Esaviticum de spurio suo naturali Christianismo abiciant: Non secus ac scortatores, meretrices ac publicani præ superbis & inflatis Pharisæis regnum cælorum intrabant.

Quæro ex te Bellarmine, anne Iesuita sit Christianus, Christi cognomine dignus, an vero non. Si non, Ergo Ecclesiam Christi in terris non habet matrem, ideoq; nec Deum in cœlis patrem, habiturus scilicet, aut etiamnum habens alium in inferno parentem. Sin vero est Christianus, omnino etiam quilibet Ethnicus, profanus, impius, Arrianus, Iudeus, Mahometanus erit ex suum grege Suita, vel Esavita, vel Iesuita, sensu Iudaico antea exposito.

Quod si non assequeris Bellarmine, age quæso, attende, & usum aurium tuarum mihi paululum concede.

Naturales Christiani sunt Ethnici. Iesuitæ sunt tales etiam Christiani naturales, quales Philosophi.

Ergo Suitæ sunt Ethnici.

Mino-

Minoris probationem sodesideras, Huic non tam  
cōmode qua-  
ecce tu ipse nobis eam suppeditas. Qui dant illa,  
enim unum Deum agnoscit, more Eth- que Luit.  
nicorum, naturā est Christianus. At qui Tom. 2. Lat.  
p. 372 habet,  
vos Esavite, etiam eo modo scitis De- ubi philosoph.  
um esse unum quo Ethnici: Alias enim Ethnicos con-  
si contradiceretis, rudiores & pejores es- tra Papam in  
setis Ethnici. Stat ergo firmo tali con- aciem indu-  
clusio hac: Suitarum gregem esse Eth- vero cum E-  
nicum, fortè Epicuri de grege impuro, thnici illis  
Ethnico, non exiguum membrum, conjugit in  
unam classem.

Quid vero tibi videtur de hac se-  
quela? Christiani, naturaliter orti, sunt  
Iesuitæ, Iudæi cœ accepti. Iudei, Arria-  
ni, Turci sunt tales Christiani natura-  
liter orti. Ergo Iudei, Arriani, Maho-  
metani sunt Iesuitæ.

Rigētur hic Iesuita, & agrè ferent,  
se ad Iudeorum classes & quidem ad  
Blasphemum eorum Θεον detrudi, imo  
ad Mahometanos relegari: Dicent for-  
tè, calumnias has esse suo suum gregem  
indignas.

Verum benevole lector, hac omnia,  
que

quæ scribo & dico hoc loco, & justa & vera sunt. Insta quidem, quia Gretzarus Paneg. Misen. p. 37. etiam Lutheranos (Calvinianorum ego patrocinium non suscipio) Idololatras & Mahometi similes proclamat propter unicum S. S. scripture amorem.

Verba ejus hæc sunt: Quod diabolus fecit cum Adamo & Eva, hoc idem agit persecutores: Blanda scripturæ crustula & liba objectat, & in nassam suam illecat, nunquam movendos aut persuadendos, nisi hanc adeo amabilem escam suo hamo præfigeret, decipit non modicam orbi partem in voluptatis & divitiarum promissione, pseudoprophet a Mahometa. Similis est hæreticorum conditio: Nil nisi Malsum, & quidem ex scriptura haustum propinant.

Quodigitur à Suis allatum est, benevolè lector, id sibi à me putent relatum: Iustissimum est, Mahometanas nugas per jugulum Mahometanorum retorqueri.

Vera esse quæ scribo, de Ethnico suisimo,

mo, Iudeo-Turcismo Pontificiorum, vi-  
des Christiane Germane Lutherane, ex *Ad cap. 20.*  
his D. Lutheri verbis. *Genes.*

An non, inquis, etiam Pontifex,  
Turci, Iudei, statuunt Deum esse vera-  
cem, Iustum, sapientem bonum &c. At <sup>Societas Ie-</sup>  
illi ipsi, cum maxime hoc dicunt, ma- <sup>suitica, Tur-</sup>  
xime omnium Deum mendacem, inju- <sup>cica, Iudaica,</sup>  
stum, insipientem esse sentiunt. Non <sup>à Lutero</sup>  
enim aliam noticiam de Deo habent,  
quam philosophicam aut Metaphysi-  
cam. *Quod Deus est ens separatum à*  
*creaturis, ut ait Aristoteles, verax, in-*  
*tra se contemplans creaturas.*

Sed quid hac ad nos? Diabolus et. Deus Esau-  
iam sic Deum agnoscit, & scit esse vera-  
cem, sed in Theologia quando de agni-  
tione Dei docetur, agnoscendus & ap-  
prehendendus est Deus, non intra se ma-  
nens, sed ab extra veniens ad nos, ut vi-  
delicet statuamus, cum nobis esse Deum. *ticus Turci-*  
*eus, Iudeus,* *Philosophic9.*  
*Idem, à cuius* *unitate natu-*  
*rates Christi-*  
*ani Bellarm:*  
*dependente.*

Ille prior Aristotelicus vel philosop-  
hicus Deus, Iudeorum, Turcarum,  
Papistarum Deus est, nihil vero ad  
nos: sed quem sacræ literæ mon-  
strant, is nobis Deus est.

*Quæcum ita sint, verum est, quod  
Omnis homo in conclusione supra fuit positum, vi-  
est animal / delicet Iudei, Arriani, Turca, sunt  
rationale, o- mne animal Iesuit & iudicavit, Iudaico sensu nomina-  
rationale est ti, cupientes summo desiderio lituram  
bomo. totalem, plenam ac planam sacrosan-*

*Sic eti Nominis, Christiano sensu accepti,  
Omnis Iude- Iesu. Quia vero, ut subtile logi-  
us est Iesuita.  
Omnis Iesui- ci Esauit & norisunt, in materia necessa-  
ta est Iu- ria valet conversio simplex, valebit con-  
datus. clusio supra posita, in hunc modum in-  
versa:*

*Iesuitæ omnes sunt Iudei, Maho-  
metani, Arriani.*

*Quod si grunniat Gryzerus, non  
esse materiam necessariam, in data con-  
clusione, sed contingentem, quia vi-  
delicet libero arbitrio & voluntarie se  
se tales venditarint & effecerint Iesuit-  
æ, propria confessione, & liberalitate,  
qua etiam privilegium pseudoChris-  
tianum Ethnicis & Iudeis in Sulta-  
rum hara concesserint; agnoscimus hoc  
nos met Lutherani, & liberales hic su-  
mus, ne illi homines conquerantur, nos  
nostrí*

noſtri juris nimium eſſe tenaces.

Detur ſane utraqꝫ manu contingētia, dabitur nihil ominus nobis à Suita hæc inversa: Quidam Iesuitæ ſunt Ethnici, Iudei, Mahometani.

Laborent igitur hic Esauitæ ut ſe- Christus.  
ſe ex individuo illo vago exemptos de- Quidam ex  
monſtrent, ſaltem exparte. Indivi- vobis eſt me  
dua certa & signata, ſeſe fatebuntur, proditurus.  
vagi illius complexu anticipiti compre- viduum va-  
henſa, Bellarminus & Gretzerus, adeo gum.  
ut hic ſimilis subſumptio videatur vali- In illo.  
tura, qualis in individuo vago prodito- Iudas, Iudai-  
rus Christi. zans, Iesuita,  
Cbriftum pro- dit.

Cum enim Salvator diceret, quidam ~~EST~~ individuo  
ex vobis me eſt proditurus: Recte ſe dum signa-  
subſumebat Iudas, ut individuum fi- tum.  
gnatum. Iudaica igitur quæſtio, ſi à  
Iuda, illius fratre Iesuita, moveatur:  
Num ego ſum qui Christianos prodi-  
derim Ethnicis, dixerim, ac docuerim,  
Ethnicos eſſe naturaliter Christianos?  
Responſum accipiet à Christo  
magdoywāṣn: En dicis, Tu es no-

mine & omine meus Iudas, Iudeus, per-  
 Quidam te-fidus, proditor; Similiter si hæc quæstio  
 suita est Ju-dæus, natura- moveatur. Num ego Bellarminus,  
 lis Christia- Gretzerus, complexu hujus particula-  
 nus. ris propositionis etiam involvorum, hoc est,  
 an ne ex illis ego sum Jesuitis, qui sunt  
 naturā (filii iræ) Christiani, id est,  
 Ethnici, publicani, Mahometani, Iu-  
 dæi? dabitur affirmativa responsio à  
 quolibet, saltem aliquo Iudeo predi-  
 to: Imo jamdudum data est à B. Lu-  
 ther. Tom. 6. de Pontificio quodam  
 eximio principe, Ille est Pilatus, Iu-  
 das, Herodes, Diaboli Apostolus.

Nec sanè quicquam, γρῦζεν Gretze-  
 re, moror, quod hæc Lutheri verba in  
 honorem Polycarp. p. 509. dente Suti-  
 co verrino arrodas: stabunt & stant  
 veritatis talo immobili innixa, ut ijam  
 ex logica Sequela patuit.

Miraberis forsitan, ô germana Chri-  
 stiana cohors, & nimis vehementia me  
 accusabis. Verum desine mirari, atten-  
 dere vero mihi non desine.

Bellarminus & Gretzerus sunt na-  
 turā:

turā Christiani (filii ire Ephes. 2.) quia indoctiores, rudiores, inferiores nolunt esse Ethnicis, quasi non eandem unitatem Numericam, rationi notam, optimè sciant.

Nam Bellarminus, quando de Dei Gretzerus unitate scribit, se etiam suæ doctrinæ includit, & sic numero etiam illorum, qui credunt illam unitatem alicujus vagi in Ethnicis numinis vel Arithmeticam vel Metaphysicam.

Cum igitur eandem unitatis cognitionem ponat, omnino eundem naturalem Φυσιον, Ψυχιον Christianismum ponet, cuius fundamentum est illa cognitio unitatis Arithmeticæ. Talis autem naturalis cognitio Iudeis, Iudeo proditori Mahometanis est communis. Ergo includet se Robertus, alias sine robore, invincibili consequentia Syllogisticae robore, illi gregi ad eum. Gretzerus similiter unitatem divinitatis eandem putat cum illa, quam ratio videt, ut postea patebit, ideoq; similiter & hic Iude (Nam ut ille Christianum, sic hic nuper Spi-

ritum sanctum in Coll. Ratis. prodidit, cumq; impotentem, qui facile capi possit, ut Christus inermis in horto, blasphemè proclamavit ) Iudeorum, Turcarum, impietati sese adjunget.

Verum intelligenti sat dictum discedamus hinc, ne præ nimia mora causæ nostræ diffidere videamur, aut ruina Suitici domicilii obruamur. Epilogi. boco, capite vobis, Esauitæ, Paulum, naturalem vestrum Christianum, ita excipientem 2. Corinth. 6. v. 5. Pudoris causa vobis (Esauitæ) hec dico: Et 2. Corinth. 6. vers. 13. Ne impari jugo copulemini cum infidelibus: Quod est enim cōsortium justiciæ cum injustitia, aut qua communio luci cum tenebris, & qua concordia Christi cum Bellial, aut qua pars fidei cum infideli?